nimis vrgatur:eijciat huiuſmodi ſuperflui-
tates ad aliquem locum vbi non conculce-
tur pedibus. vel habeat ſecum panniculum
in quem mittat

v Quid agendum:ſi poſt ſumptōem ſangui-
nis patiatur ſacerdos vomitū; vel ex infirmi
tate emittat per ſe ceſſum quod ſumpſit

Dubiū Sufficienter patet ex dictis. Si em̄ ibi non
Solu. poſſint deprehendi ſpēs ſacramentales pa-
nis.ex quo ſpecies vini iam ꝑmixte ſūt alijs
humoribus vt neqz poſſunt diſcerni.quia for
taſſis corrupte:inuoluenda ē illa materia in
ſtuppa vel panno.⁊ cōburenda. ⁊ cineres reſ
Quid agedū:ſi ſacer (uandi vt ſupra.
vj dos poſt ſumptōez ſanguinis deprehēdat ve
nenū fuiſſe aut aīal venenoſuz in calice⁊ il-
lud ſe ſumpſiſſe.an ſcz liceat ei euomere.

Sol. Si per vomitū ſperet ſe liberari. ⁊ preſertim
ſi medicus cōſulat licet ei euomere. Hoc ta-
men caute fieri debet in aliquod vas mūdū:
⁊ ſi alique ſpecies ſacramentales ibi appare-
ant recolligantur.⁊ in ſacrario reſuentur: re
liqua vero materia comburatur. ⁊ cineres ſi
militer reſeruentur.

¶ Capitulum octauum de dubiis que circa de bitam formam conſecrationis iſtius ſacramēti oc- currunt. duos complectens articulos.

Capitulum viij.

Ar.j. Reſoluens.xvj.dubia:circa formā conſecra
tionis panis occurrentia.

j Que ſit ſufficiens ⁊ debita forma conſecra
tionis panis.

Solu. Forma eſt iſta. Hoc eſt enī corpus meum:

ij Utꝝ hec cōiunctio. Enim. ſit de ſubſtātia for
me.⁊ de neceſſitate etiā pferenda.

Dubiū
Solu. Non eſt de ſubſtātia forme. Neqꝫ de neceſſi
tate conſecratōis ſacramēti, non tn̄ dꝫ ſciēter
omitti. Alioqn ſacerdos grauiter peccaret

iij Utꝝ ſacerdos ſi omiſſis omībꝰ alijs q̄ in miſ
ſa dici ſolent.diceret ſolum predicta vba ſu
per panem aptum conſecraret

Solu. Si ea diceret cū intentiōe conſecrandi.tunc
ꝯſecraret.ſed grauiter peccaret faciēs ꝯtra ri
tum ⁊ ordinatōem eccleſie. Unde in nllo ca
ſu hoc faciendum eſt.

Dubiū iiij. Utꝝ ſacerdos conſecraret ſi predicta vba vl
aliqua eorum mutaret quantuꝫ ad idioma.
proferendo ſcꝫ in alio idiomate.

Solu. Si p hoc intēderet inducere hereſim vl erro
rē in eccliam.⁊ formā ecclie abijcere tāq̄ inu
tilem vel inefficacē. ⁊ ſuam introducere q̄ſi
magis ſufficientē ⁊ efficatiorem.non cōſecra
ret.quia deficeret in intentione requiſita ad
conſecrandū. ¶ Si vero nullū predictoꝝ in
tenderet.ſed conſecrare ſm intentōem eccle
ſie.tunc conſecraret:ſed grauiter peccaret.ri

tum ⁊ eccľie inſtitutōem non obſuans
v Utrum ſacerdos ſi addat aliqua alia verba
ad p̄dictam formam.conſecret.
Solu. Si ꝑ talē additōem mutet̄ ſcatio v̄boꝝ. vel
ſenſus orationis.ita ꝙ diſtrahant̄ a ꝓpria ſi-
gnificatōe vel ſenſu.non fit conſecratio
Dubiū Si v̄o maneant ſcatio ⁊ ſenſus fit conſecra
tio.Sed ſcient̄ ſic faciens grauit̄ peccat rōne
qua ſupra. Si tn̄ interponerent̄ multa v̄ba
imꝑtinentia per que reſolueret̄ continuitas
orationis.non fieret conſecratio
Dubiū.vj. Utꝝ ſacerdos ſubtrahens vel diminuēs ali-
quid de predicta forma conſecret.
Solu. Si ſubtrahat̄ aliquod quattuor v̄borū que
ſunt de ſubſtantia forme:non fit ꝯſecratio.
¶ Si v̄o ſubtrahat̄ vel omittat̄ aliqua ſylla
ba vel littera ex cuius ſubtractōe nō impedit̄
ſcatio vel ſenſus.ſicut p̄t contingere in vlti-
ma ſyllaba vel littera dictōis.tunc ꝯſecratur
¶ Diligent̄ tn̄ cauendū eſt ne fiat. ¶ Si aūt
formidet̄ ꝙ impedita ſit ſcatio vľ ſenſus. tu
tius eſt vt forma a p̄ncipio repetat̄.
vij. Utrum incongrue ꝓferens verba conſecra
tionis ⁊ imperitia lingue. vel in aduertentia
vel alio hmōi conſecret.
Soluᵒ Si ex huiuſmodi incōgruitate nō impediat̄
ſcatio verborum:vel ſenſus forme conſecra
tionis capiatur.fit conſecratio. ¶ Scienter

tn̄l3 faciēs grauit peccat rōne ſupius expſſa

viij Vtꝝ ſacerdos faciens tranſpoſitōem ꝟboꝛū conſecrationis.conſecret.

Solu. Sola tranſpoſitio verboꝝ non impedit conſecratōem.ſed tamen fieri non debet. ¶ Si aūt cum hoc variaretur ſenſus.tunc non fieret conſecratio.vt ſi interꝛogatiue diceretur.

Dubiū Eſt hoc coꝛpus meum ¶ Aduertendum tn̄ circa dictas variatōes. vbi dictū eſt ꝙ nō impediunt ꝯſecratōem.hoc veꝝ eſſe:niſi quis ꝑ eas intenderet inducere hereſim vel erroꝛe3. ꝓut tactū eſt in ſolutōe.iiij.dubij p̄cedentis.

ix Vtrum ſacerdos faciens interuallum in ꝓlatione verboꝛum conſecret.

Sol. Si paruū faciat interuallū. vtputa ſi ſpuat vel tuſſiat.vel aliud huiuſmodi faciat.nō impeditur conſecratio. ¶ Si vero magnū faciat interuallum. vt ſi poſtq̄ dixit. Hoc eſt. doꝛmiat vel aliud faciat per quod continuitas oꝛationis non recolat ſe dixiſſe.

Quid agendum.ſi ſacerdos nō recolat ſe dixiſſe verba conſecrationis.vel alia que in celebratione huius ſacramenti dici debent.

Solu. Si certus ſit ſe omiſiſſe aliquid eoꝛum que ſunt de neceſſitate conſecrationis reincipere debet a foꝛma conſecrationis. ⁊ cetera per oꝛdinem reiterare.ne mutetur oꝛdo ſacrificij.

Si vo ꝓbabiliter ei ſe conſtet aliq̄d omiſiſſe quod non eſt de neceſſitate ſacramēti vl' conſecrationis ꝓcedat vlterius ſine repetōe. Si aūt nullū iſtoꝝ ſit: ſed ſolū non recolat ſe dixiſſe. non debet ex hoc mente ꝑturbari. ſed vlterius ꝓcedere. Nō em̄ qui multa dixit ſemꝑ recolit omniū que dixerat. Et in multum aſſuetis ſepius non deliberat̄ Jdeo minus recoluntur

xj Vtrum ſacerdos per predictam formā poſſit conſecrare panem abſentem

Solu° Non poteſt. Ex quo em̄ forma in ſe continet ꝓnomen demonſtratiuū. requiritur p̄ſentia materie conſecrande.

Dubiū .xij. Vtꝝ per predictā formā ſacerdos poſſit cōſecrare panē. in quacūq3 quantitate fuerit.

Solu. Poteſt. ſed nō d3 in maiori q̄ntitate ꝯſecrare q̄3 neceſſariū ſibi videt̄ ꝑ cōmunione fideliū.

xiij. Vtꝝ ſacerdos v̄ba ꝯſecratōis ꝓferēdo. cōſecret oēm panē p̄ſente3 in altari: ſiue ſit extra pixidē vel rerꝫuaculū hoſtiaꝝ ſiue intra

Sol'. Sacerdos ꝑ illa v̄ba nullū panē etiā p̄ſentē ꝯſecrat. niſi ſuꝑ quē fert̄ intentio ei⁹ ꝯſecrandi. ⁊ oēm talē etiā conſecrat. Vnde ⁊ omnis alius panis quem non incendebat conſecrare non eſt conſecratus.

xiiij. Vtꝝ ſacerdos apponens plures hoſtias ꝓ populo cōmunicādo ꝯſecrādas ⁊ in ipa ꝓlatiōe

vboꝝ nō dirigēs intētōez actualit̄ ad oēs ſed ſolū ad illā quā in manu tenet.oēs ꝯſecret.

Solu. Si habeat intentōem vtualē ad ꝯſecrandū oēs.lz nō habeat actualē. oēs ꝯſecrat. De hac intētōe dictū eſt superi⁹ ca.ij.arti.iij .in ſolu⸗tione tercij dubij. ¶ Si aūt in ꝯſecratōe illi⁹ hoſtie quā manu tenet.oēs alias intēdat ex⸗cludere.tunc nullam aliā conſecrat.ſed ſolū iſtam quam conſecrare intendebat.

xv. Quid ſi ſacerdos intēdat ꝯſecrare centū ho ſtias ſiue pticulas.tot hn̄s communicādos.ꝛ appoſite ſint plures vel pauciores q̄ȝ cētum. vtrum facta conſecratione.omnes ſunt con ſecrate.vel ſoluȝ alique aut nulle.

Solu. Si expreſſe ꝛ diſtincte intēdat ſolū cētū ꝯſe⸗crare cū excluſiōe pluriū ꝛ paucoꝝ.tūc nulla conſecrat̄. ¶ Si aūt habeat intētōem ad cō ſecrandū oēs illas numeratas vel in locū ꝯſe crandaꝝ poſitas licȝ erratum ſit in numero. tamen oēs conſecrant̄. ¶ Vnde cautum eſt vt ſacerdos plures hoſtias conſecratur⁹.om nes ſimul ante oculos ponat ꝛ intentōez nū q̄ȝ dirigat ad numeꝝ intendēdo tot vl̄ tot cō ſecrare.ſed ad oēs ibi ſimul poſitas

Dubiū.xvj Quid ſi multe ſint hoſtie appoſite etiā ſimul.vtputa centū vel pluresꝛ ſacerdos in⸗tendat ſolum decem conſecrare ex illis. vtrū alique;ꝛ q̄ ſint cōſecrate poſt ꝓlatōez vboꝝ

consecrationis.

Sol. Si determinate ⁊ diſtincte notet ⁊ diſcernat illas decē q̄s ꝯſecrare intēdit. tunc illas ſolas ꝯſecrat. Si v̾o cōfuſe ⁊ indiſtincte intēdat cō ſecrare decē. illas nō notādo et diſcernendo. tunc nullam conſecrat.

Ar. ij. Reſoluens. iij. dubia que incidunt circa formam conſecratōis vini. (vini.

j Que ſit ſufficiēs ⁊ debita forma ꝯſecratiōis

Soluº Forma eſt iſta. Hic eſt em̄ calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni teſtamenti. myſteriuꝫ fidei. q̇ ꝓ vobis ⁊ ꝓ multꝭ effūdet̄ in remiſſionē pctōꝝ

Dubiū. ij. Utrum omnia verba p̄dicta ſint de ſubſtantia forme. ⁊ neceſſario ꝓferenda.

Solu. Sicut hec ꝯiūctio Em̄. nō eſt de ſubſtātia cō ſecratōis panis. Ita nō eſt de ſb̄a forme ꝯſecratōis vini. nō dꝫ tamen ſcienter omitti.

iij Quid ſ̄cet hec dictio calix. in p̄dicta forma.

Solu. Significat liquorē vel ſanguinem in calice. Accipit̄ em̄ figurate continens ꝓ contento

¶ Pro ſolutōe alioꝝ dubioꝝ que circa p̄dictā formā occurrere p̄nt. notāda ſunt ea q̄ circa p̄cedentē articulū de forma conſecratōis panis dicta ſunt. Cōſiſ̄ia em̄ dubia circa hanc formā conſecratōis vini occurrere poſſunt. Et pariformes habent etiam ſolutiones.

¶ Capitulū. ix. de intentōe ac rōe eorū que in miſſa dicuntur. ſex includens articulos.